opus impleat, aut *injunctam alteri solicitudinem alter intercipiat:* data licentia unicuique ab altero inchoatum & derelictum opus, per alterum sine aliquo timore dispendii implere, omniaque hujusmodi facinora denunciandi sine ulla formidine, & sine judiciariis sumptibus. † Si quis autem monopolium ausus fuerit exercere, bonis [1] propriis expoliatus perpetuitate demnetur exilii. † Cæterarum præterea professionum [2] primates, si in posterum aut super taxandis rerum pretiis, aut super quibuslibet illicitis placitis, ausi fuerint convenientes hujusmodi sese pactis constringere, quadraginta librarum auri solutione percelli decernimus: officio tuæ sedis quinquaginta librarum auri condemnatione multando, si in prohibitis monopoliis, & interdictis corporum actionibus commissas forte (si hoc evenerit) faluberrimæ nostræ dispositionis condemnationes, venalitate interdum, aut dissimulatione, vel quolibet vitio minus fuerit executum.

TIT. LX.

DE NUNDINIS [3] ET [4] MERCATIONIBUS.

1. Impp. VALENS & VALENT. AA. ad Probum P. P.

QUi exercendorum mercatuum, aut nundinarum licentiam, vel veterum [5] indulto, vel nostra autoritate meruerunt: ita beneficio rescripti potiantur, ut nullum in mercatibus atque nundiniis ex negotiatorum mercibus conveniant, vel in venalitiis [6] aut locorum temporali quæstu & commodo privata exactione sectentur, vel sub prætextu privati [7] debiti aliquam ibidem [8] concurrentibus molestiam [9] possint inferre.

TIT. LXI.

DE VECTIGALIBUS [10] ET COMMISSIS [11].

De manumissione.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Victorino.

SI [12] jure manumissus es, ante [13] quæstionem commissi motam; statum tuum vectigalis nomine convelli non est æquum.

De quinquennio elapso, de re non existente.

2. Iidem AA. Linuo.

NEque commissum, quod ante quinquennium [14] factum dicitur, si lite res anticipata [15] non est, vindicari potest: neque pro re quæ in commissi causam cecidit, si ipsa non existat, nec dolo supprimatur, pretium peti potest [16].

De militibus.

3. Iidem AA. Ingenuo militi.

OMnibus militibus [17] nostris prospeximus, ne ob omissas professiones pœna commissi tenerentur. Proinde deposito hoc metu, si qua portoria debere te apparuerit, exsolve.

De licitatione.

4. Imp. CONSTANT. A. ad Rufum.

PEnes [18] illum vectigalia manere oportet, qui superior [19] in licitatione exstiterit: ita ut non minus quam triennii fine [20] locatio concludatur, nec ullo modo interrumpatur tempus exigendis vectigalibus præstitutum. Quo peracto tempore, licitationum jura conductionum-que recreari [21] oportet, ac simili modo aliis collocari. Dat. 10. Kal. Jul. CRISPO Cæs. II. & CONSTANTINO CONSS. 321.

Pro quibus rebus vectigal solvitur, vel non.

5. Idem A. Menandro.

UNiversi provinciales pro his rebus quas [22] ad usum [23] proprium vel ad fiscum inferunt, vel exercendi ruris gratia revehunt, nullum vectigal a stationariis exigantur. Ea vero quæ extra prædictas causas, vel negotiationis gratia portantur, solitæ [præstationi vel] pensitationi subjugamus: capitali [24] pœna proposita stationariis [25], & [urbanis] militibus, & cæteris personis, quorum avaritia id tentari firmatur.

De æqualitate in publicis functionibus servanda, de navicularis.

6. Impp. VALENS & VALENT. AA. ad Florentinum Comitem sacrarum largitionum.

OMnium [26] rerum [27] ac personarum quæ privatam degunt vitam, in publicis functionibus æqua debet esse inspectio. Hoc ideo dicimus, quia nonnulli privatorum elicitas [28] suffragio proferunt sanctiones, quibus vectigalia, vel cætera hujusmodi, quæ inferri fisco moris est, sibi adferant esse concessa. Si quis ergo privatorum hujusmodi rescriptione nitatur, cassa eadem fit: Vectigalium enim non parva functio est, quæ debet ab omnibus, qui negotiationis seu transferendarum [29] mercium habent curam, æqua ratione dependi: [exceptis navicularis, cum sibi gerere rem probabuntur.] Dat. 10. Kal. Mart. VALENTINIAN. & VALENT. AA. COSS. 368.

De octava vectigalium nomine solvenda.

7. Iidem AA. & GRATIANUS A. ad Archelaum Comitem Orientis.

EX præstatione vectigalium nullius omnino nomine quicquam minuatur, quin octavas [30] more solito constitutas omne hominum genus, quod commerciis voluerit interesse, dependat: nulla super hoc militarium [31] personarum exceptione facienda.

De legatis.

8. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Palladio Comiti sacrar. largit.

A Legatis gentium [32] devotarum, ex his tantum speciebus quas de locis [33] propriis unde conveniunt, huc deportant, octavarii [34] vectigal accipiant: quas vero ex Romano solo, quæ sunt tamen lege concessiæ, ad propria deferunt, has habeant a præstatione immunes ac liberas.

De vectigali alabarchiæ per Ægyptum, & Augustanicam.

9. Iidem AAA. eidem Comiti sacrarum largitionum.

USurpationem totius licentiæ summovemus circa vectigal Arabarchiæ [35] per Ægyptum atque Augustaneam [36] constitutum, nihilque super traductione animalium (quæ sine prohibitione [37] solita minime permittenda est) temerarie per licentiam vindicari concedimus.

De vectigalibus ad angustiarum solatia quæsiti.

10. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Rufino P. P.

VEctigalia quæcunque quælibet civitates sibi ac suis curiis ad angustiarum [38] suarum solatia quæsierunt, sive illa functionibus cumilium ordinum profutura sunt, sive quibuscunque aliis earundem civitatum usibus designantur: firma his atque ad habendum perpetuum tenere præcipimus, neque ullam contrariam supplicantium super his molestiam formidari.

De salibus.

11. Iidem AA. Lampadio P. P.

SI quis sine [39] persona mancipum [40] (id est, salinarum conductorum) sales emerit, vendereve tentaverit, sive propria audacia, sive nostro munitus oraculo: sales ipsi [una] cum eorum pretio mancipibus addicantur.

De rescriptis.

12. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Gusoni Comiti sacrar. largit.

QUicquid contra vectigales largitionalium [titulorum], vel pragmaticis, vel sacris adnotationibus fuerit elicitum [41], effectu & viribus carere censemus.

Quibus vectigal penditur, & de jure locandi.

13. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Flaviano P. P.

EXceptis his vectigalibus quæ ad sacrum patrimonium nostrum quocunque tempore pervenerunt, cætera [42] reipublicæ civitatum atque ordinum, æstimatis dispendiis, quæ [pro] publicis necessitatibus tolerare non desinunt, referventur: cum duas [43] portiones ærario nostro a vectigali liberet: sed five negotiator est, five merces transferet (& ita distinguitur ἐμπορος καὶ ὁ μεταφερων φορτιον) vectigal dependat: exceptis navicularis. Nam hi, quum libi negotentur, a præstatione vectigalis sunt immunes. *Synopsis Basili.* 56. *tit.* 4. περὶ κομμερκιαρίων. *cap.* 6.

28 Immunitas vectigalium neque rescripto quidem principis concedituc: vel ita, Nullus est immunis a vectigalium solutione, etiamsi super immunitate proferat principis rescriptum: quia prætimitur obtrepitium. *Salicet.* ad *l.* 2. *J. de vectigalibus.*

29 Vectigal proprie onus est mercium quæ transferuntur, five ini provinciales, five peregrinæ. *l. ult.* §. 7. *ff. h. t.* five in provinciam deferantur, five ad peregrinos: mercium, inquam, onus est, non mercatorum; nam & qui mercatores sunt, tamen, si quid mercis vehant, vectigal solvant: plerumque in itinere. *l. 21. ff. de annon. tit.* 1. *ver.* plerumque in transitu pontis. *l.* 60. §. 8. *ff. locati.* In quibusdam pontibus pro transitu datur. Seneca *in sapientem non cadere injuriam.* Gallis appellatur hoc vectigal *pontenage.*

30 Octava vectigalia exigitur per ilationarios & urbanos quibus, ut portoriolus & octavarius adfidet ferunque suppetias. Inde octavarium vectigal. *l.* 5. *J. h. t.* Gallic. *le huitieme.* adde quædam ex Cuj. de vectigalibus centesimæ, quas appellat *l.* 6. *obf.* 28.

31 *leg.* 3. *J. h. t.*

32 Τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν. 56. *Synopf. tit.* 4 περὶ κομμερκίου. *c.* 5. & 6. Harmenop. 5. *c.* περὶ πρεσβευτῶν id est, extraneum gentium.

33 Ἀπὸ τῶν ἐθνῶν αὐτῶν. *Eclog. d. loco.* Harm. *d. l.*

34 Vid. *l.* 7. *fupr. h.t.*

35 Alabarchia, ita emendat Cujac. 8. *obf.* 37. fic in edicto Juftinian. 11. τῷ κατὰ Κοίλην ἀλαβαρχῇ. *c.* 2. & paulo poft, *c.* 3. πρεσβεύτης ἀλαβαρχῶν. Jrifeph. 17. *Ant.* 12. *c.* 2. *de dignitatibb. l.* 1. *J. de conductoribus & procuratoribus five actoribus.* 1. 11. *tit.* 71. vid. Cujac. 8. *obferv.* 14.

36 Addit quædam ex oratione Ciceronis *pro L. Flacco.* 14 Negotiatores pro mercibus quas emunt *ἐν τῷ Βαβυλῶνι*, in Barbarico, non perfolvant aurum, fed alias fpecies reddant: qui fecus faxit, plectendus: Judex qui id faciemem non punierit, tanquam conficius punietur. Quippe Barbaris nurum non folum non prabendum, fed etiam quidquid apud eos auri eft, auferendum. *Synopf. Basili.* 36. *tit.* 12. περὶ κτκωλυμένων εἰδῶν. *c.* 20. Nobis itaque cum Barbaris (finge Turcis & fimilibus) permiffa videtur tantum permutatio, non emptio. 15 Negotiatores, pro mercibus quas emunt in Barbarico, non perfolvant aurum, fed alias fpecies redeunt. 56. περὶ κτκωλυμένων εἰδῶν. adde *l.* 2. *fupr. quæ res exportari.* 16 Judex fcelens confcius punitur. vide Bellovil. 2. *prafl.* 6. *num.* 20. 17 Nobiliores arcentur a mercatura, non quod mercatura fit res illicita, (eft enim contractus jure gentium) fed quia plebeio difficile eft commercium cum nobili. Molinæus *de usur. numer.* 59. Quo quippe honeftior eft, eo minus decet cum negotiari & lenerari. 18 Mercatura tribus hominum generibus interdici videtur, nobilibus, magiftratu fungentibus aut functis, ditioribus: nempe ut facilius fit emendi pecies rion eft emptio, fed vel permutatio vel locatio. *l.* 5. §. 2. *ff. de præfcr. verb.* 37 Vid. Cujac. 11. *obf.* 17.

38 Differt in eo permutatio ab emptione: Hac, modo confenfu: illa, re perficitur. *l.* 1. §. 2. *ff. de* 39 Stipulatio adnexa contractui innominato, facit ut non fit locus poenitentiæ. *l.* 5. *J. de contrahend. ftipul.*

1 Monopolium exercentis pœna. 2 Professionum primates, *les maîtres jurez, quasi* collegii indices. *l. ult. fupr. de jurisdict. omnium judicum.*

3 *Nundinæ* quid, dixi ad *lib.* 50. *ff.* 11. 4 Nundinæ, celebiores mercatus: Mercationes, feu mercatus, parvæ nundinæ, *Assemblées*: vetitæ celebrari die dominico. 1. *legum Francicarum* 139. 5 Nundinæ πανηγύρεις, ſtatis temporibus fiunt eis locis in quibus eas habendi jus datum eft, longa conluetudine, vel beneficio Principis, vel fenatus, vel confulum: vel (ut eft in Novella Valentiniani & Martiani *de filiquarum actionib.*) decreto ordinum, honoratorum, & civium præfente moderatore provinciæ. Ex his notari poteft, quibus poteftis jus nundinarum concedendi competat, quibus addé *l.* 1. *ff. h. t.* 6 Venalibus: fenfus eft, Ne quid exigatur extraordinarius, aut venalibus fervis & ex quæftu temporali locorum, in quibus expoumtur merces. 7 Nundinæ publicam habent fecuritatem. vide Molin. *de usuris*, *quæft.* 3. *n.* 92. ut qui earum cauſa conveniunt, non interpellentur privati debiti cauſa. *l.* 3. *in fin. ff. de feriis.* publici tamen delicti cauſa poſſunt interpellari. *d. l.* 3. ut & banniti. *arg. l.* 4. *ff. de pœnis* etiam injuſte. Bald. *hic.* fed & rei criminum. *Novell.* 17. *c.* 7. addé *l.* 2. *verf. Et vero. in fin.* J. *de exhib. & transm.* 8 Et intra dies nundinarum, quos plures fuiſſe indicat *l.* 138. *ff. de verb. obl.* 9 Reprafaliarum feu clarigationis jus ceſſat nundinarum tempore. Bald. *hic.*

10 11. C. *Theod.* 11. & 56. *Eol.* 4. Ὅτι κλεπτοπολιμάτος. 12. Harmenop. 3. *c.* περὶ λειτουργιῶν τελῶν καὶ κομμερκίου. dixi ad *L.* 39. *ff.* 4. Veſtigal quid ſit, vid. *l.* 6. J. *h. t.* 13 Commiſſum, cauſa mercium improfeſſarum apud publicanum. Pœna omiſſæ profeſſionis, publicato mercium aut venalium improfeſſorum. *Goth.* Adde Boſſium *tit. de vectigalibus fol.* 395. *cum* 7. *tit. fcq.* Forœrium *lib.* 1. *felect. c.* 20. Mod. 12 Qui ſuis res mercibus aliquid celare voluerit, ne vectigal pendat, & deprehenſus fuerit, merces amittit. Similiter ſi ſervum celavit, dominum amittit. Sed ſi quis celatum ſervum manumiſit, poſtquam libertas ſemel competere cœpit, non amplius eum ſiſcus vindicare poteſt. *Synopſ. Basili.* 56. περὶ κλεπτοπολιμάτος. *tit.* 4. *cap.* 1. 13 Servus improfeſſus manumiſſi poteſt ante quæſtionem commiſſi motam. 14 Pœna commiſſi præſcriptione quinquennii tollitur, ſeu elapſo quinquennio ſiſcus vectigal commiſſum vindicare non poteſt vel commercium. Immo nec ante quinquennium ſi res non exſtat, nec dolo ſupprimitur, ſed forte periit. *Syn. ibid. c.* 2. 15 Id eſt, conteſtata. 16 Etiam intra quinquennium. vide Cujac. *c.* 24. *de præſcr.* 17 Militibus remittitur pœna commiſſi: non tamen ipſum portorium. *l.* 7. *in fin.* J. *h. t.* 18 6. C. Th. 11. *l. unic.* 19 *l.* 9. *ff. h. t.* 20 Locantur vectigalia in triennium: olim in quinquennium, ut ſcribit Varro 4. *de lingua.* 21 Retraſtari, renovari. 22 Nota, quarum rerum nomine vectigal non debeatur. 23 Imo ea profiteri operet. *l.* 16. §. 3. §. 9. *ff. h. t. l.* 203. *ff. de verb. ſign.* Solve: aliud eſt profiteri, aliud vectigal ſolvere. Cogimur etiam profiteri ea, quæ vectigal non penditur, alias (ut eſt in veteri inſcriptione.) Quod uſurarium invehitur, anſarium non debet. vide Cujac. 14. *obſ.* 3. 24 Capitale eſt, exqiſſe a provincialibus vectigalium cauſa plus quam ſtatutum eſt, *l. un. in fin.* C. *Theod. h. t.* 25 Stationarii & urbani milites, portoribus & octavariis adſident, ut Dion. declarat 54. de quibus accipienda eſt lex 34. *in fin. ff. ex quib. cauſis major.* 26 *l.* 3. C. *Theod. de immun. conceſſ. lib.* 11. 27 Πάντα τὰ ἰδιωτικὰ πράγματα τελωνεῖσθαι &c. Omnium rerum privatarum nomine vectigalia exigantur, nec quisquam alio patrocinii modo ſanctionem proferat, quæ ipſum

conferri priſca inſtitutio diſpoſuerat: atque hanc tertiam jubemus adeo in ditione urbium municipiumque conſiſtere, ut proprii compendii curam non in alieno potius quam in ſuo arbitrio noverint conſtitutam. Deſignatæ igitur conſortium portionis eatenus juri ordinum civitatumque obnoxium maneat, ut etiam locandi, quanti ſua intereſt, licentiam ſibi noverint contributam.

TIT. LXII.

VECTIGALIA NOVA INSTITUI NON POSSE [1].

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Victorino.

NOn quidem temere [2] permittenda eſt novorum vectigalium exactio, ſed ſi adeo tenuis eſt patria tua, ut extraordinario auxilio juvari debeat, allega Præſidi provinciæ, quæ in libellum contuliſti: qui re diligenter inſpecta, utilitatem communem intuitus, ſcribet nobis quæ compererit: Et an habenda ſit ratio veſtri, & quatenus, exiſtimabimus.

2. Iidem AA. Calliſtiano.

VEctigalia nova nec decreto civitatum inſtitui poſſunt.

3. Impp. GALLIEN. & VALERIAN. AA. Tuſco & aliis.

NOn ſolent nova vectigalia inconſultis Principibus [3] inſtitui. Ergo & exigi [4] aliquid quod illicite poſcatur, competens judex vetabit, & id quod exactum videtur, ſi contra rationem juris extortum eſt, reſtitui jubebit.

4. Imp. CONSTANT. A. ad Felicem P. P.

SI [5] provincialium noſtrorum querela de conductorum aviditate extiterit, & probatum fuerit ultra antiquam [6] conſuetudinem, & noſtræ [7] terminos juſſionis aliquid eos profligaſſe, rei tanti criminis perpetuo exilio puniantur. Sub conſpectibus autem tuis vel eorum, qui tuæ gravitati ſuccedunt [8], licitationis cura ſervetur.

5.

ILlorum [9], qui publica ſive fiſcalia debent, omnia bona ſunt obligata.

TIT. LXIII.

DE COMMERCIIS [10], ET MERCATORIBUS.

De debitis penſionibus agnoſcendis.

1. Impp. VALENS & VALENT. AA. ad Julianum Comitem Orientis.

NEgotiatores, ſi qui [11] ad domum noſtram pertinent, potentiorum quoque homines [12] neceſſitatem debitam penſionum (ut honeſtas poſtulat) agnoſcere moneantur: ut per cunctos qui emolumenta negotiationibus captant, tolerabilis fiat agnoſcendæ devotionis effectus. Dat. 15. Kalend. Maji, *Conſtantinopoli*, DIVO JOVIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

De barbaris.

2. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEODOS. AAA. Tatiano Comiti ſacr. larg.

NOn [13] ſolum Barbaris aurum minime præbeatur: [ſed] etiamſi apud eos inventum fuerit, ſubtili auferatur ingenio. Sed [14] ſi ulterius aurum pro mancipiis, vel quibuscunque ſpeciebus ad Barbaricum [15] fuerit translatum a mercatoribus, non jam damnis, ſed ſuppliciis ſubjugentur. Et ſi id Judex repertum non vindicat; tegere, ut conſcius [16] criminoſa feſtinat.

De nobilioribus & de ditioribus.

3. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Theodoro P. P.

NObiliores [17] natalibus [18], & honorum luce conſpicuos [19], & patrimonio ditiores, pernicioſum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios & negotiatores facilius ſit emendi vendendique commercium.

De Perſis.

4. Iidem AA. Anthemio P. P.

MErcatores tam imperio noſtro, quam Perſarum Regi ſubjectos, ultra [20] ea loca, in quibus fœderis tempore cum memorata natione nobis convenit, nundinas exercere minime oportet: ne alieni regni (quod non convenit) ſcrutentur arcana. † Nullus igitur poſthac imperio noſtro ſubjectus, ultra Niſibin [21], Callinicum [22] & Artaxatam [23] emendi, ſeu vendendi ſpecies cauſa proficiſci audeat: nec præter memoratas civitates cum Perſa merces exiſtimet commutandas. Sciente utroque, qui contrahit, & ſpecies quæ præter hæc loca fuerint venundatæ, vel comparatæ, ſacro ærario noſtro vindicandas: & præter earum rerum ac pretii amiſſionem, quod fuerit numeratum, vel commutatum, exilii ſe pœnæ ſempiternæ ſubdendum. Non defutura contra judices, eorumque apparitores, per ſingulos contractus, qui extra memorata loca fuerint agitati, triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad inhibita loca mercandi gratia Romanus, vel Perſa commeaverint. † Exceptis videlicet [his,] qui legatorum Perſarum quolibet tempore ad noſtram Clementiam mittendorum iter comitati, merces duxerint commutandas: quibus humanitatis [& legationis [24]] intuitu extra præfinita [etiam] loca mercandi copiam non negamus: niſi ſub ſpecie [25] legationis diutius [26] in qualibet provincia reſidentes, nec legati reditum ad propria comitentur. Hos enim mercaturæ inſiſtentes, non immerito una cum his cum quibus contraxerint, ſeu refederint, pœna hujus ſanctionis perſequetur.

De numero collegiatorum, & ſubſtituendo aliquem in locum defuncti.

5. Iidem AA. Aëtio P. P.

CEſſante omni ambitione, omni licentia, quingentorum [ſexaginta trium] collegiatorum [27] numerus maneat, nullique his addendi, mutandive, vel in defuncti locum ſubſtituendi pateat copia: ita, ut judicio tuæ ſedis ſub ipſorum præſentia corporatorum, in eorum locum quos humani ſubtraxerint caſus, ex [28] eoidem quo illi fuerant, corpore, ſubrogentur: nulla alii corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate conceſſa.

De civitates vetuſtis legibus inclytas transgredientibus, vel peregrinos negotiatores ſuſcipientibus.

6. Iidem AA. Maximo Comiti ſacrar. largit.

SI qui inclytas nominatim vetuſtis legibus civitates [29] transgredientes ipſi, vel peregrinos negotiatores ſine Comite commerciorum ſuſcipientes fuerint deprehenſi: nec proſcriptionem bonorum, nec pœnam perennis exilii ulterius evadent. Ergo omnes pariter, ſive privati, ſive cujuſpiam dignitatis, ſive in militia conſtituti, ſciant ſibi, aut ab hujusmodi temeritate penitus abſtinendum, aut ſupradicta ſupplicia ſubeundum.

TIT. LXIV.

DE RERUM PERMUTATIONE [30], ET PRÆSCRIPTIS [31] VERBIS.

De evictione.

1. Imp. GORD. A. Theraſiæ.

SI cum patruus tuus venalem poſſeſſionem haberet, pater tuus pretii nomine (licet non taxata quantitate [32]) aliam poſſeſſionem dedit; idque [quod] comparavit, non injuria judicis, nec patris tui culpa evictum eſt: ad exemplum ex empto actionis non immerito id quod tua intereſt, ſi in patris jura ſucceſſiſti, conſequi deſideras. At enim ſi cum venalis poſſeſſio non eſſet, permutatio facta eſt, idque quod ab adverſario præſtitum eſt, evictum [33] eſt; quod datum eſt, ſi hoc elegeris, cum ratione reſtitui [34] poſtulabis.

Collatio emptionis & permutationis.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Primitivæ.

PErmutationem [35], utpote [re ipſa] bonæ fidei conſtitutam, ſicut commemoras, vicem [36] emptionis obtinere, non eſt juris incogniti.

De actione.

3. Iidem AA. & CC. Leontio.

EX placito [37] permutationis, nulla re ſecuta, conſtat nemini actionem competere [38]: niſi [39] ſtipulatio ſubjecta ex verborum obligatione quæſierit partibus actionem.

Si is, qui fundum ex cauſa permutationis accepit, eum vendiderit.

4. Iidem AA. & CC. eidem Leontio.

CUm precibus tuis expreſſeris, placitum inter te, & alium permutationis interceſſiſſe, eumque fundum a te datum vendidiſſe, contra emptorem quidem te nullam habere actionem perſpicis, cum ab eo ſuſceperit dominium, cui te tradidiſſe titulo permutationis non negas. Sed ſi fecundum fidem placiti ſtipulatio ſubjecta eſt: ſucceſſores

1 *l.* 10. *ff. de publicanis.* 1. *ult. ff. ad leg. Jul. de vi public. Novb.* 43. *cap.* 1. §. 1. 2. Id eſt, conſules Principis. *l.* 4. *pun. ff. d. l.* 10. 56. *Eclog.* 1. *cap.* 9. 3 *d. l.* 10. in monarchia gubernatione, fed. in democratica vero, citra populi conſenſum. 4 *l. ult. fupr. tit. prox.* 5 Περιστοιχικτησις τελωνῆ &c. Publicanus qui amplius quam par fit, exegerit, exilio perpetuo punitur: & alius pro eo conſtituitur: litigatione (quæ Græcis ὑποβολιμαιοτεραι) vectigalia in conſpectibus præſidis facta. *Synopſ. Basili.* 56. *tit.* 4. *cap.* 16. 6 *l.* 4. *in fin. l.* 9. §. 6. *ff. de publicanis.* 7 *l.* 3. *fupr. h. t.* 8 Hi ἀρχοντες præſides. *Synopſ. d. loco.* 9 Interpretatio Leunclavii. Eſt autem hæc lex delumpta ex 56. *Eclog.* 4. *cap.* 17.

10 *Commercium* quid, vide apud Ulpi m. 19. §. 5. Theoph. §. 2. *Inſt. de inut. ſtipul.* 11 *l.* 5. C. *Theod. de huſtralis collatione. l.* 13. *tit.* 1. *l.* 1. *fupr. de epiſc. aud.* 12 *Homines* vocabulo in hire nonnunquam intelligunturt procuratores, aſtores, cuſtodes, conductores, emphyteuticarii, chartularii, vaſalli. vide *l.* 2. §. 1. *fupr. de epiſc. & clerie. l.* 1. *d.* 4. J. *de dignitatibb. l.* 1. J. *de conductoribus & procuratoribus five actoribus.* 1. 11. *tit.* 71. vid. Cujac. 8. *obſerv.* 14. 13 Addit quædam ex oratione Ciceronis *pro L. Flacco.* 14 Negotiatores pro mercibus quas emunt *ἐν τῷ Βαβυλῶνι*, in Barbarico, non perſolvant aurum, fed alias ſpecies reddant: qui ſecus faxit, plectendus: Judex qui id faciemem non punierit, tanquam conficius punietur. Quippe Barbaris nurum non ſolum non prabendum, ſed etiam quidquid apud eos auri eſt, auferendum. *Synopſ. Basili.* 36. *tit.* 12. περὶ κτκωλυμένων εἰδῶν. *c.* 20. Nobis itaque cum Barbaris (finge Turcis & ſimilibus) permiſſa videtur tantum permutatio, non emptio. 15 Negotiatores, pro mercibus quas emunt in Barbarico, non perſolvant aurum, ſed alias ſpecies redeunt. 56. περὶ κτκωλυμένων εἰδῶν. adde *l.* 2. *fupr. quæ res exportari.* 16 Judex ſcelens confcius punitur. vide Bellovil. 2. *prafl.* 6. *num.* 20. 17 Nobiliores arcentur a mercatura, non quod mercatura ſit res illicita, (eſt enim contractus jure gentium) ſed quia plebeio difficile eſt commercium cum nobili. Molinæus *de usur. numer.* 59. Quo quippe honeſtior eſt, eo minus decet cum negotiari & lenerari. 18 Mercatura tribus hominum generibus interdici videtur, nobilibus, magiſtratu fungentibus aut functis, ditioribus: nempe ut facilius ſit emendi pecies rion eſt emptio, ſed vel permutatio vel locatio. *l.* 5. §. 2. *ff. de præſcr. verb.* 37 Vid. Cujac. 11. *obſ.* 17.

38 Differt in eo permutatio ab emptione: Hac, modo conſenſu: illa, re perficitur. *l.* 1. §. 2. *ff. de* 39 Stipulatio adnexa contractui innominato, facit ut non ſit locus poenitentiæ. *l.* 5. *J. de contrahend. ſtipul.*

30 Dixi *ad Lib.* 19. D. 4. & 10. *Synopſ.* 3. Græcis ἐπτάδικαν & ἀνδικαν dicitur *d. tit.* 3. 31 Dixi *ad Lib.* 19. *D.* 5. 32 Vid. Molinæus *ad conſuetud. Parisienſ.* 8. 44. *glofſ.* 1. *n.* 107. Vacuinus *lib.* 1. *declarat.* 27. Vandus *lib.* 1. *variar. quæſt.* 25. Mod. 33 Permutata res id evinciturr, in factum competit actio, cui res evincitur, *l.* 1. §. 1. *ff. de rerum permut. l.* 5. §. 2. *in fin. ff. de præſcr. verb.* in quod intereſt. *l.* 29. J. *de evictionib.* 34 Vide Pap. 3. *notar.* 9. *de reſtitut contra eſchange* 35 Permutatio bona fide contracta venditioni & emptioni adfimilatur. *Synopſ. d. tit.* 3. *cap.* 4. 36 Permutatio vicina emptioni. *l.* 2. *ff. de rer. permut.* inſtar emptionis. *Nov. Valent. verſ. Ita ſi. de conſ. tit., quæ admittſ.* quid emptio. *l.* 62. *ff. de fur. dat.* Qui permutat, emptori ſimilis. *l. ult. ff. quib. ex cauſ in poſſeſſ.* & 19. *Eclog.* 3. *c.* 4. non tamen idem. *l.* 1. *ff. de rerum permut.* Permutatio fit rebus. *d. l.* 1. non emptio. *l. pen.* J. *h. t.* Interdum pecunia cum ſacro permutatur. *l. ult. ff. de condict. cauſa data.* veluti ſi quis pecuniam accipiat, ut manumittat. Hujusmodi ſpecies rion eſt emptio, ſed vel permutatio vel locatio. *l.* 5. §. 2. *ff. de præſcr. verb.* 37 Vid. Cujac. 11. *obſ.* 17.

ejusdem, cum quo contractum habuisti, convenire non prohiberis. Si vero nulla stipulatio intercessit, *præscriptis verbis actio est*, *ut* [1] *vel fides placiti tibi servetur*, vel quod alterius accipiendi fundi gratia dedisti, causa [2] non secuta restituatur.

De fundo dato, ut accipiam domum.

5. Iidem AA. & CC. Theodolanæ.

QUoniam adseveras, patrem tuum ei contra quem preces fundis, hac conditione dedisse fundum, *ut invicem domum certam acciperet*: aditus Præses provinciæ placitis eum parere, vel si causam [3] propter quam fundus datus est, sequi non perspexerit, conditionis ratione datum [a te] restituere, sicut postulas, jubebit.

De lege traditionis.

6. Iidem AA. & CC. Protogeni.

REbus certa lege traditis, si huic non pareatur, præscriptis [4] verbis incertam civilem dandam actionem, juris autoritas demonstrat.

De frumenti datione ut accipiat oleum.

7. Iidem AA. & CC. Timotheo.

EMptionem rebus [5] fieri non [6] posse, probem placuit. Igitur cum frumenti certam modationem Callimacho & Acamato te dedisse, ut tibi repræsentent olei designatum pondus, adseveres: si placitis citra stipulationis solennitatem non exhibeant fidem, quantum dedisti, causa [7] non secuta condicere pro desiderio tuo potes.

De lege donationis.

8. Iidem AA. & CC. Paulinæ.

EA lege [8] rebus donatis Candido, *Ut quod placuerat, menstruum seu annuum tibi præstaret*, cum hujusmodi conventio non nudi pacti nomine censeatur, sed rebus propriis dictæ legis substantia muniatur: ad implendum [tibi] placitum (sicut postulas) præscriptis verbis [9] competit actio.

TIT. LXV.

DE [10] LOCATO [11] ET CONDUCTO.

De rei imeritu.

1. Imp. ANTONINUS A. Agrippino.

1 *l. 5. in fin. ff. h. t.* 2 *l. 7. in fin. ff. h. t. l. 1. in fin. ff. de rer. permut.* 3 *l. 4. in fin. supr. h. t.* 4 *l. ult. in fin. ff. h. t. l. 18. ff. de præscr. verb.* vide *l. 2. supr. de pact. int. empt.* 5 Sed pecunia numerata. *l. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. §. 2. Inst. de empt.* 6 Imo emptio pridem temporibus etiam sine nummo fuit. *l. 1. ff. de contr. empt.* Ubi verbibus Homericis probatur rebus facta emptio. sic apud Virgil. 1. *Georgic.* enumeratis verbum est sine nummo, illo versu: *Tegmen ibi generum Tethys emat omnibus undis.* Et alioquin Romæ primo pretium pendebant in tritina, & per trutinam solvebatur (cujus vel ligium trutina in æde Saturni) unde Ennius: *Pauci stipendia pendant.* Hinc libripens in emptionibus. Varro 4. *de lingua*: §. 1. *Inst. de testament.* Per contrarium permutatio cum pecunia signata esse potest. *l. cum hi.* §. 5. *ff. si cert. 24. ff. de transact. l. ita confiante. 26. ff. de jure dot. l. si mulier. 21. ff. de pactis dotal.* §. *constituitur. 2. Inst. de usufr.* Plinius 31. *c.* 8. vide Forcatulum *Necyomantia c.* 48. & 49. 4. *in fin. supr. pactis conventis.* non datur autem ex nudo pacto, ut hinc conflet, pactum dationis in contractibus transire, fu potius, contractum esse cui inest pactum: cum nihil referat, præcedat an sequatur pactum. *l. 3. supr. de actiib. actionib.* vide Cujac. 11. *obs.* 17. *in fin.* 8 Pactum dationis muniur, & transit in contractus nomen. vid. Cujac. 11. *obs.* 17. *in fin.* & 14. *obs.* 28. *in fin.* 9 *l. 6. supr. h. t.*

